



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 32. Guidonis Bentivolii Cardinalis fata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

Sæc. XVII. raret, hoc anno omnium luctu septuaginta. A.C. 1644. genarius vitæ cursum absolvit, æternam dignitatem meruisse contentus.

## §. XXXII.

*Guidonis Bentivolii Cardinalis fata.*

*Nic. Erythr.* Jam Urbanus VIII. fatis cesserat, cum  
*Pina II.* Guido Bentivolius in primo con-  
*pag. 332.* clavis ingressu Pontificatus spem & vi-  
*Ughell. Ital.* tam amisit. Hic nobilissimo genere  
*Sacra.* Ferrariæ ortus ab ineunte ætate se to-  
 tum pietatis studio consecrans, latino,  
 Hispano, & Gallico idiomati, literis  
 que humanioribus sedulam navabat  
 operam: deum in Patavina Universi-  
 tate Jurisprudentiæ præceptis imbutus,  
 Romam ad capeſſendam Rempublicam  
 accessit, ibidemque a Clemente VIII.  
 & Paulo V. variis honoratus officiis,  
 atque Archiepiscopus Rhodiensis & Se-  
 dis Apostolicæ Nuntius renuntiatus,  
 Belgicam Provinciam summa morum  
 integritate, ac mira prudentia non sine  
 magno Catholicæ Religionis incremento  
 moderabatur. Adſuit etiam transla-  
 tioni Corporis sancti Alberti Episcopi  
 Leodiensis & Martyris, dum illud Bru-  
 xellas ad Sacram ædem Carmelitarum  
 Virginum Excalceatarum deducebatur.  
 Transactis jam in Belgio pluribus annis  
 Bentivolius a Paulo V. Purpura deco-  
 ratus,

ratus, in Franciam Nuntius decerne- Sæc. XVII.  
batur, ubi Regis, Reginæ, Proce- A. C. 1644.  
rumque amorem & benevolentiam sibi  
tam feliciter conciliabat, ut communi  
suffragio in Galici Regni Protectorem  
expeteretur: nihil enim in ejus indole  
deprehendebatur, nisi honestum, ni-  
hil nisi grave & magnum, atque ab  
omni quæstus studio alienum: unde in-  
ter tot honores & dignitates non modo  
ferme omnibus ad tuendum, quo eum  
virtus collocabat, dignitatis gradum  
requisitis, sed etiam ad vitæ usum ne-  
cessariis carebat: ne tamen ære alieno  
gravaretur, ædes suas hortosque, li-  
cet magnificos, creditoribus suis cessit,  
atque imminuto Ministrorum numero  
alienam domum mercede conductam  
incoluit: Tandem mortuo Urbano VIII.  
si solius meriti ratio fuisset habita, &  
mortis invidia non prævaluisset, Ben-  
tivolius omnium ores solium Pontificium  
conscendisset: vix autem conclave in-  
gressus, ob virium imbecillitatem se  
sustinendis ejusmodi incommodis im-  
parem fore, prædixerat: huic quoque  
vaticinio respondit eventus; quippe  
post undecim noctes, quas insomnes  
absumperat, lethali febri correptus,  
atque ad finitima conclavis cubicula  
deportatus die septima Decembris in  
Palatio Vaticano annos natus sexaginta

F 5            septem

**Sæc. XVII.** septem decepsit, ac sine ullo funeris,  
**A. C. 1644.** aut monumenti honore, & absque se-  
 pulcrali inscriptione, uti præceperat,  
 in æde S. Sylvæstri apud Patres Thea-  
 tinos sepultus est.

Scripsit Historiam Belgicam, epi-  
 stolas & commentaria rerum Ecclesia-  
 sticarum, quæ a Clemente VIII. usque  
 ad sua tempora produxerat: Edidit  
 quoque non obscuro calamo, præter  
 legationem suam Belgicam, descrip-  
 tionem Troyæ ludi in Circo Agonali Ro-  
 mæ peracti a Cardinale Antonio Bar-  
 berino, præsente Carolo Poloniæ  
 Principe.

### §. XXXIII. *Duo Cardinales ab Innocentio X. creati.*

**H**orum jacturam Innocentius X. Pon-  
 tifex nonnihil compensabat duo-  
 rum Cardinalium inauguratione, quo-  
 rum prior die decima quarta Novem-  
 bris Joannes Carolus Medices Cosmili.  
 Magni Etruriæ Ducis Filius nominaba-  
 tur: alter erat Camillus Pamphilus  
 Innocentii X. ex Fratre Nepos, qui in-  
 stigante Olympia Matre sua Cardina-  
 lium Collegio adscriptus, triennio  
 post, a liduas Patruj sui objurgationes  
 pertæsus, Purpuram exuit, atque  
 Olym-